

Contenta.

rale publicum ulterius explicatur. *Sect. 5.* Sto-
ici reprehenduntur unice bonam esse affirma-
rent. Hobbius etiam ostenditur, secum pugna-
re qui Leges Civiles unicas esse vult regulas di-
scernendi inter Bonum & Malum: & discrimen
inter bonum Naturale ac Morale plenius eluci-
datur, ad finem *Sect. 9. §. 10.* Breviter attingitur
Sanctio, quatenus in definitione datâ innuitur.
§. 11. Obligationis definitio Justiniana confi-
deratur & resolvitur in Legislatoris voluntatem
legi suæ pœnas ac præmia annectentem: Ideo-
que *§. 12.* Investigantur præmia cum studio Bo-
ni Communis naturaliter conjuncta. Ea im-
primis quæ in Mentis Humanæ felicitàte conti-
nentur. Hic autem ostenditur argumentis mul-
tis Animi nostri statum beatissimum consistere
in Benevolentia hujus amplissimæ exercitio &
sensu intimo ad finem *Sect. 17.* Deinde probatur
DEUM hunc finem velle & præmia daturum,
esse hominibus secum cooperantibus, punitu-
rum autem repugnantes: oppugnaturque Epi-
curi ἀπερονομία ex principiis naturaliter notis &
ab ipsis Epicuræis sæpe concessis ad finem *Sect.*
23. Probatur etiam extra statum Civilem ex-
pectandas esse pœnas ab iis qui contra Bonum
Commune quicquam moliantur, ad finem *§. 31.*
Sect. 32. Illustrantur hæc ex oppositis. *Sect. 33.*
34. à paribus. *Sect. 35.* DEUM hominesque cæ-
teros præcipuas esse & quodammodo generales
causas felicitàtis, quam necessario singuli expe-
tunt, ideoque nunquam impunè negligi posse.
Sect. 36. Objectiones duæ proponuntur. 1. Quod
incertæ videantur pœnæ præmiaque quibus præ-
ce-